



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædidit usq[ue] in annum
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

Luther, Martin

Basileae, 1520

VD16 L 3411

Praeceptvm Octavvm. Non Loqveris Contra Proximvm Tvvm Falsvm
Testimonivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34878

mus iuste celsus emēdi, si scilicet sunt primo senes, pueri, infirmi: ij enim fati ha-
 hent laboris ex ipsa uita sua. Secūdo, Si sunt alio labore occupati, scilicet qui
 deo seruiunt, ut religiosi, sacerdotes, praelati, studio uerboꝝ dei uacātes. Et qui
 communitati seruiunt, & alienae necessitati, ut Principes, senatus, praesidētes op-
 pidis, uillis. Alioquin si de^o unicuiq; secūdū suū laborē redditur^o est, qd recipiēt
 ociosi, q pecunia sua nō nisi ad lucrū, lucro nō nisi ad otīū, otio nō nisi ad delici-
 as, delicijs nō nisi ad peccatū abutunt^r. Nō ergo illi sunt securi, qui tantummo-
 do sibi seruiunt censibus emptis. Nō quod emere census adeo sit malum, sed q
 auaritia in hoc seruire, nec aliud q̄ diuitias securas quærere, peccatum est.

PRAECEPTVM OCTAVVM.

NON LOQVERIS CONTRA PROXIMVM
TVVM FALSVM TESTIMONIVM.

Vltium linguæ, quam apostolus Iacobus mundū iniquitatis appellat,
 omniū post cor membrorū est peccaminosissimū, nec ullū mēbrū tot
 spēb^o peccat excepto corde, qd oib^o spēbus peccat. Nā linguæ uitū in
 iurādo, pmittēdo, orādo, docēdo, nomē dei assumēdo &c. Prima tabu-
 la in secūdo p̄cepto phibitū, id est omne uerbū qd contra deū directe peccat. Itē
 phibitū est tertio, quarto, quinto, sexto, septimo, & nunc octauo, prorsus per
 omnia p̄cepta, prater .j. ix. x. quæ solum animū tangunt. Nam cōtra tertium
 agit, non orando, gratias agendo, legendo die festo. Quartū parentes sup-
 be alloquendo, irreuerēter respondendo, exprobrando &c. Quintū, maledi-
 cendo, detrahendo, criminando &c. Sextū, impudice loquendo. Septimū
 furandī consiliū, exhortationē, excusationem, defensionem dando. Octauū,
 nunc ut uidebitur mētiendo, adulando &c. Igitur sicut phibitū est nocumētū
 personæ propriæ, personarum attinentium, rerum corporalium. Ita nunc bono-
 rū quæ sunt in fama, laude, honore, nomine phibetur nocumentum.

Contra hoc p̄ceptum peccant,

Primo & propriissime docti, maxime autē Theologi & uniuersi, qui falsa tra-
 dunt discipulis, & utriq; dupliciter. s. uel scienter uel ignoranter, & secūdū hoc
 grauius peccant, uel leuius. De Theologis primū, quia ij grauissime omniū pec-
 cant cōtra hoc p̄ceptum, quando scripturā sanctā & uerbū dei peruertunt, &
 false exponunt, uel aptant non recte. Hinc em̄ fit, ut false dictū, occidat animas,
 aut saltē discrutiet infelices conscientias. De primis horū sunt heretici & Mo-
 nij Singulares, qui dei uerba suis sensibus aptant, & in sui obsequiū captiuant
 cū deberent cōtra. & hoc in ijs, quæ pertinet ad fidem & salutē, hoc tam magnū
 peccatū reputatur apud deū, ut nullū aliud in scripturis frequentius acriusq; ar-
 guatur per oēs figuras & prophetias. Vnde Psal. iij. Filij hominū usq; quo gra-
 uī corde, ut quid diligitis uanitatē, & quæritis mendaciū. Et quinto. Odisti om-
 nes qui operantur iniquitatē, perdes oēs qui loquunt mēdaciū. Vbi de talibus
 magistris loquitur, ut patet infra: Decidant a cogitationibus suis, i. studijs &c.
 Et Pal. primo, Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia peccato-
 rum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit. Et ubi cūq; de dolosis, lin-
 gua; dolosa loquitur, hos pseudomartyres, id est, falsos testes taxat.

Dico ergo, Nunquid excusantur, cum faciant id pia intentione & zelo dei?
 Sic enim sese heretici solent excusare, ut nostri uicini Pighardi Boemiae. Re-
 spondeat

Linguæ uita
uaria sunt.

Theologi &
qui falsa do-
cent, peccant
cōtra octauū
p̄ceptum.

Heretici
Monij.

Superbia est
non celsus in
temeritatibus
scripturam.

spondetur q̄ non, immo eo magis accusantur, quia ex superbia procedit iste zelus, quod doceri nolunt & audire, sui ipsius magistri facti. Vnde Rhoma. x. Testimonium perhibeo illis, quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Et Gala. iij. Quicumque uos perturbat, iudicium suum portabit. Et primo. Qui aliud euangelizauerit, anathema sit &c. Tales enim habent bonum zelum, sed non timent, sunt enim de tali zelo securi, quasi non errent, quod pie intendant, & garrunt, quod omne peccatum est uoluntarium, & intentio nominat opus. At nos, inquiunt, bonam intentionem & uoluntatem piam habemus, & ita fiunt obstinati & securi.

Boni nihil no-
uant.

Quibus respondetur, quod habent pessimam uoluntatem & uenenosissimam intentionem, non dico eam, q̄ sentiunt & allegant, sed profundiorē illam, qua superbi sunt, & nolunt aliud audire, q̄ suam intentionem bonam, nec credere alij, q̄ suae piae uoluntati, hanc enim intimam suam superbiam non uidentes, uel fiunt eam ficta & uiolenta intentione, bona & pia uoluntate. Vera enim bona intentio, & radicaliter bona uoluntas, nunq̄ stat secuta & sine timore, ueretur enim omnia opera sua cum lob, immo uerba & cogitata, ideo nulli adharet bonae suae uoluntati & piae intentioni, semper paratior alijs cedere, q̄ sibi credere, quantumcunq̄ speciosissima sua sit intentio, quo timore sit, ut nihil noui moliat, seruet unitatem, custodiat pacem, & augeat concordiam.

Per opa satis
facientes.

Secundi, Qui & si falsa non doceant, ut occidant, tamen superficialiter, ac minus q̄ debent, docent, ideo sunt crucifixores conscientiarum, & tortores animarum, ut sunt ij, qui salua fide Christi iustitia operum docent, raro fidem, sepius opera, de quibus mihi uidetur Apocal. ix, dicere, Quod locustae non occiderent homines, sed cruciarent eos mensibus quinque, quia scilicet docent, per opera satisfieri pro peccatis, & tamē per haec nunq̄ habent quietem conscientiarum, quā sola fides Christi donat.

SACRA
scriptura in
timore tractetur.

Quo circa, cum scriptura sancta uelit in timore & humilitate tractari, & magis studio pie orationis penetrari, q̄ acumine ingenij; impossibile est quod sine damno sint, uel suo proprio, uel aliorum, quos docent, qui nudo ingenio freti, in eam irruunt illotis pedibus, sicut porci, tanq̄ sit humana quaedam scientia; adeo nullo reuerentiae discrimine uersantur in illa. Inde ueniunt tot promptuli ad docendum, qui statim cognita Grammatica, Theologiam sine omni studio profitentur, dicentes. Hem Biblia res facilis est; maxime autem id faciunt, qui distenderunt, uentrem suum siliquis illis porcorum, id est, Philosophorum. Vnde de eis conqueritur B. Hieronymus, quod arbitrio suo trahunt repugnantem scripturam, & iam prouerbum factum est, scripturam habere cereum nasum. Hoc esse ceperunt insulsi illi, & inepti somnatores, ludentes in sensu literali, allegorico, moralis, anagogico, & uocant Doctores scholastici, & hoc propriissimo uerocq̄ nomine. Scholastici enim sunt, id est, ludicri & iutores, immo & illusores tam sui q̄ aliorum, qui neq̄ quid sit litera, neq̄ quid spiritus, cognouerunt. Et serēdū erat tale studium in quadruplici illa expositione scripturae, si modo tanq̄ rudimenta haberentur pro incipientibus. Nunc uero totius fastigium eruditionis in isto ludo statunt, nec unq̄ ad uerum intellectum pertingunt, qui sine puritate cordis nunq̄ potest attingi. Illam autem quadrigam uersant etiā impijssimi. Vide B. Hierony. in prologo Bibliae, de eadem temeritate tractatum scripturas.

Scriptura ha-
bet cereū na-
sum.

Doctores
scholastici

De iuristis

Iureconsulti
calumniato-
res sunt.

Secundo, ij enim ad literam contra hoc praecipuum agunt, quando in Labyrintho suo (id est foro contentioso) nihil aliud quaerunt q̄ uictoriam, omnia allegant,

legant, quarūt, accipiūt, quæ pro se faciant, cōtra partem aduersariā; ubi nono miraculo, unus & idem textus seruit contrarijs causis, & factum est hoc studiū periculis plenissimum. Sed dicunt: Nemo tenetur seipsum confiteri & accusare. Quid autem dicit dominus: Non loqueris falsum testimonium aduersus proximum tuum, cum hoc pro te alleges quod contra illam est, quem scis iustam causam habere?

Sed habent Iuristæ privilegium magnum, ut nulli contra eos loqui, aut eos iudicare liceat: id autem est, quod nemo recte arguit, quod nō intelligit. At iuris intellectus est infinitus & inexhaustus, neq̄ est repertus Iurista, qui omnia norit, idcirco si non ante de is licet iudicare, q̄ omnia eorum intellecta fuerint nunq̄ licebit iudicare: semper enim dicent, non esse intellectū quod arguitur.

Iureconsulti redargui nō possunt, ut ipsi uidentur.

Vnum tamen dicendū, quod & ipsa habent iura, licet neglectissimū, scilicet quod finis, uita, uirtus omnium legum est pax, charitas, concordia, quæ si quis non intendit, legibus nō utitur, sed abutitur. Qui enim ideo quarit effugium in glossa, cōtra textum, ut litem proroget & augeat, putas ne uiuam legem habet? Immo literam mortis querit, & cōtra pacem laborat. At hoc ipsum q̄ non fecerit hodie, mirum si diu Iurista reputetur, aut diues efficiatur. Si em̄ tantum quærerēt pacem, quantū litem, nō tot libris, laboribusq̄ foret opus.

Iureconsulti ad pacē deberēt laborare

Igitur noli in faciem uerborum intēdere, nec quo & quomodo ea possis torquere & ponderare, sed uide quo ipsa respiciant, nempe ad finem litis & iustiorum mortem.

At hic dignissime consyderandū capitulum. vi. Corint. prima, ubi Apostolus reprehendit, quod propter secularia, id est, temporalia & uictualia, iudicia haberent, & non magis fraudem paterentur. Item Christus iubet, etiā palliū dari auferenti tunicam &c. Sed dicitur q̄ sunt cōsilia, nō præcepta, nisi ad præparationē animi. Ego autē illam præparationem animi mirabilē nō intelligo, quæ nunq̄ procedit & puenit ad opus. Et B. Augusti, qui exemplum Christi adducit, q̄ corā Anna accipiens alapā, non p̄buerit & aliam, meo iudicio non recte intelligitur, ac per hoc male defendunt ipsi. Huc forte pertinere potest, & illud miserū genus hominū, quod sese p̄ philosophiā Aristotelis falsissimū nomē decipit & fatigat, cum Aristotelē neq̄ intelligāt ipsi, neq̄ doceantur, falsis interim & fictis cōmentarijs pias in Christo animas occupant & onerant, immo illudunt potius, dum credunt hoc esse philosophiam quod non est, merasq̄ sectantur nugas. Et multo sunt ipsis Poetæ ac quicūq̄ fabulatores fortunatiores, p̄pterea q̄ Poetæ (ut B. Aug. dicit) & si recitēt fabulas, nō tñ credūt eas esse ueras, sola uoluptate uanitatis delectati: illi autē credunt, ueras esse suas fabulas: Nam si meo cōsilio Aristoteles legeretur, certe uel in medio anno disci possēt ab ingenio mediocri. Legere autē nō sicut hucusq̄ lectus est, ea si de & religione, qua sacre literę, immo amplius, sed sic ut alia quæcūq̄ leuis & extranea materia, tm̄ ut sciret, nō ut defendere. Vere em̄ sumus seducti p̄ Aristotelē & cōmenta eius, atq̄ si aliud nō esset, hoc unū satis erat argumentū, q̄ tot sectæ & capita sint in ista bestia gentili, simili Hydræ in Lerna; nam ibi sūt THOMISTAE, SCHOTISTAE, ALBERTISTAE, MODERNI, & factus est quadriceps Aristoteles, & regnū in seipsum diuisum; & mirū quod nō desolet, sed prope est ut desolet. Quomodo ergo potest fieri, ut ueritas sit in tanta opinionū cōfusione? cū em̄ sint cōtrariæ, necesse est ut & falsa.

Iure cōtendere nō sūt christiani.

Aristotelis philosophiā nō intelligūt

Meras nugas sectantur Poetarū studio, feliciores philosophis.

Aristoteles discendus, ut intelligatur, nō ut defendatur.

Aristoteles nocet Christo.

Sed si isti doctores & magistri peccāt, & cōtra hoc mandatū agunt, ubi manebat illi somniores, & perditum genus hominum, qui prædicāt falsa mi-

Falsa miracula p̄dicantes racula, mendaces legēdas, ostentāt fictas reliquias, friuolas suas uisiones? Hic aliquis impudenti fronte iactat se cum Christo & matre eius locutum & risisse, puto etiā saltasse. Hic habet scēnum, in quo Christus iacuit, quod tamen hoc anno natum est, & raptum in horreo. Audiui ego factū, quod mulier quaedā (diabolo incitante, deoq; uolēte, ut illuderet eiusmodi superstitionis quendam fatuum cultorē) pubem suam totondit, & illi porrexit, suadens quod essent capilli S. Catherinae, trans mare aduecti; credidit ille cucul^o, & p̄ reliquijs osculandos praeiuit & uenerandos. Et ecce quid sit? Coepit etiā miracula operari pubes illa turpitudinis, nec immerito, ut fallantur mendacijs, qui non colunt ueritatē. Ecce haec cū sint tam impura & impudentia, ut nec coram pudicis referri possunt, tamen fiunt. Igitur ij loquuntur falsum testimoniū, non contra homines, sed cōtra deum, & sanctos iam regnantes. Tale & illud est, quod nuper quidam ostendisse dicitur scēnum, quod fortuitu inuenit, dicens esse scēnum, in quo Christus, seu nescio quis sanctus dormierit. Ista ergo fabula lamenta indocti passim sacerdotes, sed plus monachi stationarij multiplicant. Et pastores non parum delectantur fabulis legendarum & indulgētiarum, & omnium quae dici possunt, praeter euangelium; quia illa lucrosa sunt, dum populus a ueritate auditum auertit, ad fabulas conuersus. Sed uae uae atq; uae iterū talibus fabulatoribus. Opus hic esset maxima reformatione ecclesiae, ut profusus nihil, quantumq; pium & bonum, praedicari permetteretur, nisi quod authenticum & canonizatum esset; nam sub tali pietatis specie pariter illa monstra fabularum intrauerunt, ut praedicatores ecclesiastici prope superent Poetas gentiles fabulis & mendacijs. Immo ausim dicere, nec tutū satis esse, quod probatae legendae & miracula sic praedicentur, ut inde ueniat usus omittendi euangelium. Sunt enim non principalis pars sermonis habenda, sed tantummodo interspergenda euangelio, ubi ad propositum faciant, & non integro sermone tractanda.

Foenū i quo Christus iacuit.

Monachi stationarij.
Euāgelij nō placet, alioq; omnia.

Fabulosissimi sunt conuersionatores.

Secundo prohibetur omne mendacium, hoc est, falsum testimoniū cōtra proximum. Est autem triplex, locosum, officiosum, perniciosum, secundum B. Augu. locosum proprie non est mendaciū, quia statim percipitur esse mendacium, nemoq; fallitur; & ille etiā qui sic mentitur, intēdit sic loqui, ut appareat false loqui & nugari. Est tamen peccatum, scilicet turpiloquiū, seu scurrilitas & uaniloquiū.

Iocosum mendacium.

Contingit autem, quod aliqui tam rudes sint, ut tali etiā fallantur, maxime quando in religionibus sit iste iocus, ut cum dicitur: Si rem perdidisti, da calidam similam pro elemosyna, & salem benedictum desuper pone, scilicet super rem perditam, & inuenies; quod rudes intelligūt super similam, & credūt se inuenturos, & similia multa.

Officiosum non est mortale.

Officiosum, quod causa officij (id est, obsequij) sit ad salutem & utilitatē suam, uel alterius, sine damno alicuius, ut sit pudicitia foeminae periclitaretur, & aliquis negaret esse eam, ubi est, uel aliud simile. Tale mendaciū dixerunt obstetrices Hebraearum mulierū in Aegypto. Item Michol uxor Dauid ad Saul uide ibidem utrāq; suo loco historiā. An autem eo sit utendum, Respondit B. Augu. q̄ non, sed dicat uerum quantum potest alijs uerbis, ut de quodam Episcopo dicit li. de mendacio, qui iudici quærenti reum, qui ad se confugerat, respondit: Nec mentiar, nec prodam; non tamē est peccatum mortale, maxime quando rationabili causa fit, & perturbatione subita.

Perniciosum (id est, damnosum) quia ad damnū alterius falsum dicitur, & fallit

fallit sic mentiens, proximū, sicut nō uellet ipse falli, de quo dominus per Zacharia. Loquimini ueritatē unusquisq; cū proximo suo. Et iterum; Pacē & ueritatem diligite &c. Hæc enim sunt, quæ placent mihi. Hoc malū in negocijs, tractatibus, pactis, fœderibus, literis, sigillis, & omni cōuersatiōe hominū hodie latissime, pestilentissime, potētissime regnat, secundū illud Osee; Mendacium furtum &c. inundauerūt, quia homines obliuiscunt illius regulæ; Quod tibi uis fieri, fac & alteri; & quod nolis, ne feceris, excæcati cupiditate ppria &c.

Vide autē monstrū humani cordis, etiam si omnia alia peccata hominē non fœdaret, hoc solū uitium maxime est cōtra naturā hominis. Primū; Quid em̄ omnis homo magis, q̄ scire desyderat naturā; quid magis horret q̄ falli; sicut ait B. Augu. q̄ anima nihil adeo desyderet, ut ueritatem, & tamen facit contra homo, & libenter.

Deinde etiam si gula, uel luxuria, ira, inuidia, acedia, auaritia, cū multis bestijs conuenit, hoc tamē uitio eas superat cum diabolo, quod solus homo mendax est, & diabolus pater eius; soli enim homini ratio & sermo data sunt, quorum officium est, ueritatē dicere. Et hinc credo, q̄ inter omnia conuitia nullū sit acrius, q̄ si quis dicatur in faciē mentiri. Vrit enim hoc conuitiū, plus q̄ si luxuriosus, ebriosus, iracūsus, superbus dicatur; puto quod natura ideo facilius sentit, quia innaturalissimum uitium est homini, deniq; humanę societatis maximus hostis est mendacium.

Tertio peccat contra hoc mandatū; Adulatione, sub qua susurro, bilinguis, & tertia lingua, & omnia mala linguae, alia uide præcepto quinto. Hoc autem uitio nullus hominū uacuus est, nisi sit qui cito uelit occidi, & omnium odia mereri, puta qui recta cordis institutione, nulli tacet ueritatē, secundū illud Psal. xiiij. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus (id est, nō timet ullū hominē malū, quantūlibet sit potens, ditēs, sapiens, iustus, nō enim accipit personas, nec respicit faciē) rursus timētes glorificat, quantūlibet sint infirmi & pauperes, atq; stulti. Idcirco aut adulandū est mundo, aut odiū sustinendū a mūdo quod in Christo & in omnibus sanctis satis nobis monstratū est. Hoc autē uitium licet passim dominet, tamē in aulis principū & Pontificū, totis castris triumphat. Ibi em̄ sunt qui mollibus uestiunt, & teneras habēt auriculas, & certe nō est in mundo locus, a quo adulatio debeat abesse longius, & tamē ibi est frequentior & potentior; siquidē seductio principis in malū, aut retractio a bono, necesse est omnibus subiectis noceat, neq; est nocentior pestis regnorū & prouinciarū, q̄ adulator in aula. Quid em̄ querimur de bellis, aut gladijs, aut armis; Adulatoris lingua sup omnes gladios est; deberēt itaq; ab aulis q̄ maxime repellī, & grauissime puniri. Legitur de Alexandro Rho. Impera. adeo infenso adulatoribus, ut cū uideret coram sese molliori gestu aliquē adulantē, non dimitteret impunitū, uel si maior erat, saltē derisum. Et Diogenes interrogatus, quæ nam ferarum esset nocentissima, respondit, inter feras tyrannus, inter cicures adulator.

Horū duces & exempla in scripturis sunt tarde repta, forte ob detestationē uitij huius, nā prius & insignior ceteris est Doech Idumæus, qui. j. Reg. xix. & infra Sauli in oibus adulatus, causa fuit cedis oim sacerdotū in Nobe, sed & multa alia mala Dauid parauit. Hūc sequunt Ziphei, pditores Dauid. Tandē Siba seruus Miphiboseth, q̄ etiā Dauid regē decept. Sed attendāt quo fine Doech cōsumptus est cū Saule, cui adulabat, sed & filius eius patris adulationem infeliciter imitatus, ij. Reg. j. statim a Dauid occisus est. Vnde & Psal. l. j.

X ij totus

Mendacium est contra naturam hoīs.

Mentiri, conuitiū atrox.

Adulator Adulatores oēs sumus

Aulae princeps & potitum.

Adulator nocentissima pestis.

totus eundem Doech fulminat. Quid gloriaris in malitiā &c. Audiant aduſatores quod ſequitur: Dilexiſti uerba praecipitationis, linguā dolofam, ppter ea deus deſtruet te in finem, & euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuā de terra uiuentiū. Vide q̄ exaggerata imprecatione perſequitur aduſatorem. Diligūt enim uerba praecipitationis, id eſt, quibus praecipitent, peſſimū dent, abſorbeāt proximōs ſuos apud principes, ut ipſi tantummodo dominentur & placeant &c.

Iure conſulti & notarij. Ultimo peccatur falſo teſtimonio, in iudicio publico, de quo & ſupra dictū eſt. Hic autem Iuriſtarū, Notariorū, patronorū, aduocatorū, iudicum periculū agitur. Hic iura ipſa ſanctiſſima roſae patiuntur cōditionē, ex qua colligit mel apīs, uenenum aranea; & dicūt pulchre ſeſe excuſantes: Vigilanti iura ſubueniunt. Et iterum: Confugiendū eſt ad remedia iuris. Hae ſunt duae regulae uehementer utiles. Primo ad prorogandā iuſtitiam, deinde ad ſeminandā litem, tertio ad implendū maſcupiū cauſidicorū: non quod regulae illae mala aut falſae ſint, ſed quod fere nunq̄ bono uſui ſeruiant, quod patet, ſi aduertas, qd ipſi intelligant per Remediū iuris, & uigilanti ad iura. Nempe id ſcilicet, quod cū uel teſte cōſcientia peſſimā habeat quis cauſam, uel ſaltem dubiā, nō hic audit conſilium ſpīritus, tene certum, dimitte incertum, immo id cogitat tantū, quomodo ex cauſa peſſima faciat optimam, uidelicet quod aegrotat, ideo remedia iuris illi adhibet; & hoc eſt uigilare eorum: uigilant enim ſuper iniquitatē, ait propheta. & ita fit ut ex eodem textu iuris, unus uenenu, iniquitates defendēs alius mel, iuſtitiae patrocīnans, hauriat.

**Iura uigilanti
bus ſubueni
unt.**

**Iura ambas
ptes deſedūt**

Hic autē quid dicam: niſi ut miſeriam Chriſtianorum deplorem, qui omne ſtudium ſuum conuerterunt ad lites, iudicia, forum, nec ullus dignat̄ hic illud Chriſti attendere, quod uultis ut faciāt uobis homines, & uos facite illis.

**Iura cōtra p̄/
cepta chriſti.**

Obſecro te homo, tenta, proba, interroga teipſum, ſi quando habes cauſam cum proximo, nonne uelles ut te dimitteret in pace, non litigaret tecum, ut cederet tibi: Hoc ergo uis ut faciāt tibi homo alter? Cur nō facis & tu eidem, & cedis? At inquis, conſilium eſt, non praecipitū. Reſpondeo, quomodo eſt conſilium & non praecipitū, quando Chriſtus ſtatim addidit: Hec enim lex & propheta: nunquid lex eſt conſilium? ergo nullum reſtat praecipitū? nulla lex? Quid hinc ſequitur, niſi quod & Chriſti & naturae legē obliſi, in medijs agamus tenebris: idcirco periculoliſſimū eſt ſtudiū iuris hodie, cum nō ſeruiat ad pacem, ad lites componendas, ſed ſuscitandas, prolongandasq̄.

**Studiū iuris
periculoliſſi/
mum.**

**Præcepta in
conſilia mu/
tāt theologi.**

At dicis, Si ſic facere oporteret, cito futurū eſt, ut pedibus cōculcemur, & oīa rapiantur quae habemus. Hic dico, hoc eſt quod uult ſcriptura. Ideo enim pupillos, orphanos & uiduas, paupes & oppreſſos nos uocat: Quod ſcilicet eūāgelium ſeruantēs, patimur plura mala, ppter uerbum eius, nō uindicātes, nō retaliantes, immo etiā: orantes pro perſequentibus & calumniantibus nobis, ut ſimus filij patris noſtri, qui eſt in caelis, quia & ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. Et deberemus gaudere, nos eſſe pupillorū nomine dignos, quoniā protector eorū eſt Chriſtus: quod ſi repetimus & litigamus, quādo erimus pupilli? Verū & haec ſalutaria praecipitū, nobis in cōſilia mutauerūt, dicētes, quod ſecundū praeparationē intelligenda ſint animi, & nō attendunt, quod aſſidue ueniūt caſus, praeparationē illā in opus extendi, & tñ nō faciunt. Atq̄ hic uide dei potentiſſimā ſapientiam & ſapientiſſimā potentiam. Ipſe dixit: Verba mea nō tranſibūt, & unū iota nō praeteribit a lege, donec oīa fiant: uide in quā quomodo uerū ſit, ipſe dixit & facta ſunt. Illi qui nolūt auferēti palliū, & tunicā dare

dare, coguntur etiam camisiam illi dare inuiti, quia non dederunt tunicam uolentes: & per illos inuitos impletur mandatum, quod per spontaneos non potuit. Frequentissime fit enim, dum duo super re quapiam contendunt, per amicum pactum quilibet alteri cedens, ambo accepta rei parte, contenti forent, ubi dum litigant, longe plura consumunt, & in causidicos profundunt duplo, quam cogere cessisse alteri partium. Quid? quod aliqui ultra rei summam, duplam etiam consumunt, & tamen etiam illam perdunt. Hic cantari tempus est: Iustus es domine, & rectum iudicium tuum, da causidico ingrato, alieno, irridente te, uiginti florenos pro lite, qui noluit fratri cedere decem florenos pro pace. Quis est hic reprehendendus, nisi tu omnium cecissimus, qui pecuniam profundis indignis cum peccato, quam cum merito poteras relinquere fratri aduersario tuo, quem deus dignum iudicarat, ut haberet? Quod si triumphaueris, tamen cum peccato habes triumphum, & in morte utroque nudus inuenieris.

Litiū proro-
gatores.

Verum hæc dicta sint de priuatis: nam publicæ personæ debent uigilare, ut nulli fiat iniuria, & requisiti uindicare illatam. Requiritur autem permittitur infirmis, prohibetur autem Christianis.

Infirmis per-
mittit, christi-
anis, prohibet
iure, agere.

Ultimo notandum, quod sicut apostolus Petrus ait: Nemo patiat ut fur aut malefactor, id est, non debet fateri sibi iuste fieri, si sit innocens, sed culpam ablatori denunciare, & penes illum relinquere aculeum conscientiae. Sic enim sancti martyres, Attalus cum suis accusati, quod infantes uorarent in occultis omnes Christiani constanter negauerunt usque ad mortem. Sic Zacharias a loa rege occisus, dixit, uideat dominus & iudicet. Et S. Thomas Cantuariensis occisus est, non quia nollet res auferri, sed quia iustitiam ablatores habere negauit: nam utique permisit auferri res, neque resistit ullo modo. Quin S. Stephanus quoque adeo negauit suos persecutores iuste agere, ut etiam pro peccato eorum oraret. Sic S. Hieronymus scribit de muliere septies percussa, quod mortem & omnia alia non timuit, sed innocentiam secum uoluit ferre. Immo ideo Christus Malacho respondit dure, & negauit se male locutum, ne iuste ille sibi uideretur fecisse: ideo etiam respondit Caipha se esse filium dei, & falsum testimonium illorum confutauit, & tamen uitam sibi auferri permisit, immo uoluit, ut ita & nos rem relinquamus, iustitiam seruemus.

Malcho dure
respondit, ne sibi
uideretur iuste

Recapitulemus itaque, & in summam ducamus: Hoc præceptum tunc implemus, quando non solum falsum testimonium non loquimur, sed nec de aliquo dici uolumus audire aut permittere (sicut faciunt qui credunt, uel adulatoribus, uel contentiunt detractoribus) immo adhuc reus est huius mandati, si non omni studio sollicitus sit fratris iniuriam, infamiam, ignominiam excusare, tegere, aut saltem si non amplius potest, extenuare, contradicere infamantibus, accusantibus, detrahentibus. Sic enim sibi uellet quisque fieri: & sic erit filius spiritus dei, qui paracletus uocatur, quia loquitur bona pro nobis, & dat testimonium spiritui nostro bonum, contra omnia testimonia diaboli & conscientiae: deinde ut etiam doceat ignorantes deum, deique uoluntatem, moneat errantes, resistat decipientibus & haereticis, ac alijs mentium deceptoribus, ut Apostolus ait. Quare hoc præceptum requirit ueracem, iustam, salutarē, innoxiam, & omnino totam fraternis officijs deditam linguam atque id ex intimo cordis fauore: hæc est charitas quae non agit perperam, non emulatur. Igitur & si non sit necesse confiteri sacerdoti, si fratrem non excusaueris accusatum, foedatum falso testimonio, oppressum adulatione, uel detractatione, forte contentus, quod tu non ea feceris, certe coram deo reus argueris tam impij silentij, & male occantis lingue, quae in hanc fratris tui necessitatem & seruitutem tibi data est.

Excusandus
frater.

X iij At rursus

At rursus si id feceris, omnia in te irritabis, & mox occideris. Et id est, quod deus uult, ut quantocyus propter uerbum eius e mūdo eijciamur, & occidamur, & coronā iustitiā quāto cyus accipiamus. Hæc est uera & spiritualis huius præcepti intelligentia.

PRAECEPTVM IX. ET X.

NON CONCVPISCES DOMVM PROXIMI TVI,
nec desyderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam,
non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Hæc sunt in sexto & septimo inclusa, quia secūdu expositionē Christi, ibidem prohibetur omne desyderiū & cōcupiscentiā uxoris & rei proximi; nam qui uiderit mulierē ad cōcupiscendū eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Deinde auaritiā & cupiditatē adeo damnauit, ut etiā tunicam dandam iuberet ei, qui palliū abstulerit. Verū uidetur meo iudicio istis duobus præceptis prohiberi ipse fomes, & inuincibilis cupiditas, ipsa in quā radix malarum cogitationū, ut scilicet sexto & septimo intelligantur prohibiti cōsensus cordis, & signum membrorum, uerbum oris, & opus corporis mali, hic uero etiam ipsi primi motus una cum fomite, qui est origo illorum. Nam oportet nos ita puros fieri, anteq̄ in regnum cœlorum ueniamus, ut nec motus mali in nobis sint, nec ullus fomes ad malum inclinans, sed perfecta sanitas corporis & animæ, ab omni prorsus uitio, quod sane in hac uita non fiet, nec est in potestate nostra. Quis enim gloriabitur se mūdum habere cor? quis hunc ignem intimissimū extinguet? cū Apostolus clamet aduersus hanc membrorum legem, & legem peccati. Ideoq; oculos, aures, omnesq; sensus intus & foris cohibemus, ne regnet peccatum in nobis, sed concupiscentiam nullus cohibere potest. Ideo deniq; deus misericors statuit corpus nostrum in puluerem redigere, & per ignē uniuersalem incinerare, ut cōsumatur omne uitium carnis nostræ per ignem, adeo odit deus hanc immunditiam. Et hinc sequitur, quod sola ista duo sunt præcepta, quæ a nullo quātumlibet sancto, aliquo modo implentur: Cætera omnia implent, quia opus, uerbum, cōsensum, fortiter opprimunt, sed hic manent rei & peccatores, quia nihil de istis præceptis implent, cum sint infecti inuincibili cōcupiscentiā carnis & rerum, ideo omnes peccant, & egent gloria dei, ideo omnes orant; Sanctificetur nomen tuum, si uolūtas tua; Dīmītte nobis debita nostra; Ideo omnes desperāt in meritis suis, timore suæ immunditiæ, & confidūt de misericordiā dei, ut sic beneplacitum stet dei sup̄ timentes eum, & sperantes in misericordiā eius.

Hinc etiam dissoluitur concertatio illa Scholasticorū doctorum, an illa duo præcepta aliud prohibeant, q̄ sextum & septimum, item an sint diuersa præcepta, & frustra laborant, dum hæc duo de cordis intelligentia operibus, quæ non possunt negare in sexto & septimo esse prohibita, ac sic eadem repetita, & frustra posita hæc duo, cū sint eadem cum illis; nec possunt dicere, quod illic opus hic uero cogitatio, seu illic manus, hic cor prohibeantur, quia Christus ipse resistit, qui illa de utroq; intelligenda docet.

Restat ergo ut Apostolū Paulum sequamur, qui illa duo in uno concludēs dicit; Concupiscentiam nesciebam peccatū, nisi lex diceret; Non cōcupisces. Rhomanorū

Cupiditas & fomes prohibetur.

Puritas interior regnū cœlorū sit sine malo motu.

Hæc duo præcepta a nullo quātumlibet sancto implentur.

Sancti desperant de meritis suis.